Quelle:
Copyright:

Bibl. Mellic: p: 170. Segq: et subscriptum, quod in codice nostro legitur Fol: 131. nempe: "Capliciunt Sermones de Sanctis (a) Reverendi M. Nicolai de dinchelspuchel compilati in alma Universitate Wiennsi comparati per Johanem hofmülner de Weyba". Sed et sequentes hoc subscriptum Sermones eidem authori adtribuendos esse censeo, tum quod primus mox Sermo de Pentecoste, qui incipit: "Spiritus ejus ornavit coelos &c: Venerabilis Beda". (Kropff: l.c: p. 179.) Pinchelspühelii est; tum quod etiam coeteri stilum ejus omnino redolent, et nonnullorum initialia verba omnino cum Sermonibus a Kropffio laudatis conveniunt. Id autem lectorem admonere volui, Sermonem Fol. 182. qui rubricam habet: Sermo S. Augustini Doctoris eximii non esse Augustini, sed de Augustino; quinta enim jam linea authoritas S. Bernardi inducitur, et circa finem exordii ipse Augustinus beatissimus Doctor et pater noster dominatur.

(a) Sunt etiam de festis Dni & B. V. M.

131a – 229a Sermones varii.

2

Ejusdem Tractatus de oratione dominica.

231a – 267a

Ejusdem Tractatus de oratione dominica, qui complectitur decem Sermones admodum amplos. Primus incipit: "Si quid petieritis patrem &c: S. Crisostomus." De hoc Kropff: l.c. p. 173. et nos jam in Cod. LXXXVI. n. 5.

3

Joannis Gers Tract. de indulgentiis.

268a – 276b

Joannis Gers Tractatus de indulgentiis. Rubrica quidem dicit: "Sermo d' Indulgenciis" sed Sermonem non esse cuius videt. Incipit: "Quodcunque solveris super terram erit solutum et in celo scribitur Mt: ibi: Reverba Xtus dominus noster dixit."